


Jvsta fvnebria tumulo s:æ
r:æ m:tis optimæ fidei
viri, nobilissimi &
genero...

Forssteen, Johan,

1 Ic 1691 Gyldenstolpe, Daniel



National Library
of Sweden



JVSTA FVNEBRIA
TUMULO

S:^a R:^a M:^{is}
OPTIMÆ FIDEI VIRI,
NOBILISSIMI & GENEROSISSIMI
DOMINI,

Dⁿ. DANIELIS
WYDENSTORPE

Dn. de Ingoisberg / Heinesfors / Jacola) ic.
Regii Dicasterii in Magno Ducatu Finlandiæ

Assessoris primæ Classis Clarissimi.

*Cujus corporis exuvia die 20. Septemb: Anno MDCXCI.
decenti & solenni pompa funebri in Baslica
Aboënsi sepeliebantur,*

Officiose perfoluta.

A BOÆ, Excudebat JOHANNES Winter / Reg: Typogr:





NIMIS

Mundanis his rebus vanis,
inutilibus, futilibusque
deditus es

VIATOR;

Temere sic tumultum prætereundo hunc.

Sistas quæso gradum aliquantisper,

Quibus obnoxia sit vicissitudinibus conditio humana,

Mecum perpende, considera, pensita.

Scire si gestis quid sit

HOMO?

Quid fuit?

Quid ejus vita?

Iane in,

Nisi bulla, somnus, umbra, herba solstitialis inconstans,

Et redit ad Cineres quod fuit ante Cinis.

Sed quorsum hæc?

Adverte & oculis tuis subijce,

Quantam à Creatore nacta sit potestatem in Mortales

MORS,

Rerum illa truculentium truculentissima:

Nam petiit lethali sua sagitta

illum,

Quem divina Clementia Nobis commodaverat benignissimè

In solarium suorum,

Subsidium Pauperum,

Refugium Miserorum;

S:æ R:æ

S:æ R:æ M:tis
Optima fidei Virum,
Nobilissimum & Generosissimum Dominum,

DN: DANIELEM
GREDENSTORPE

Dn: de Jakola/Jugoisberg / r.
Regii Dicasterii in Magno Ducatu Finlandiæ
Assessorem PRIMÆ CLASSIS Clarissimum.

Virum, (inquam),

Cui Natura

Quantumcunque alicui donare posset, benigne concesserat;
utpote

Ingenium illustre,

Prudentiam summam,

Virtutem admirabilem.

Ortum debuit Parentibus Nobilissimis & Amplissimis;

PATRI

D:ño MICHAELI GREDENSTORPE /

Phil. & J. U. Doct: Permagnifico,

ACADEMIÆ, quæ ABOÆ est, FLORENTISSIMÆ

Jcto Celeberrimo,

Postmodum

REGII DICASTERII ibidem Assessori valde inclyto;

MATRI vero

Nobilissimæ, siquæ Sexus virtutibus Splendidissimæ,

D:ñæ SUSANNÆ GREDENSTORPE.

Hiscæ Genitoribus in lucem editus An. M. DC. XLV, die 12. Febr.

Dum Mors non ausa tenerum adhuc aggredi,

Educatur interea optimè,

Informatur feliciter,

omnibus artium liberalium præceptis imbuitur

egregiè.

Hoc

Hoc autem habebat singulare,
Quod mox in Juventute
Summam in hoc tantum iniecerat curam,

ut

Nobilitatem & Gloriam,
Quam à Parentibus satis obtinuit insignem,
Posteritati linqueret auctiorem.

Constabat namquè Ipsi,
Hunc Summum esse honorem,
Hanc summam laudem,
Hoc summum hominis decus,
Virtutibus Parentum nihil quicquam derogasse,
Verum potius earum cumulo plurimum adjecisse,

Postquam autem

Ob maximas ingenii sui dotes & virtutes eximias
omnibus commendatus,

Ob experientiam & peregrinationes præterea
ad terras varias,

GALLIAM,

BELGIUM,

GERMANIAM

Institutas,

valde inclytus existeret,

CONSENSU REGIO

Beato suo Parenti tunc nuper emortuo,

In officio Assessoris successit.

Tale Cultoribus suis consignat præmium **PIETAS**,

Talem suis donat gloriam **VIRTUS**,

Talem accelerat coronam **SAPIENTIA.**

Junxerat

Junxerat sibi Tori sociam
VIRGINEM,
Cum Profapia tum virtutibus Nobilem & Illustrém
D.^{am} Baroniss.^m **HELENAM**
CHRISTINAM GRASS,
Lib. Baroniss: de Rostis Dm: de Lachtis

nunc
VIDUAM MOESTISSIMAM.
HI tanta inter se Charitate vixerant,
Quanto majori tristitia & planctu à se invicem divelli
nunc liquet.

In tota vita erant fœcundi, floridi, felices.

HIC NOSTER

In fortuna secunda
se nunquam efferebat,
Egentibus benignè succurrebat,
Solicitantes placide audiebat,
Lites minime ferebat:

Verum aliqua exorta
citissimè sedabat.

MIRANDUM!

Virum

Tantis implicitum negotiis publicis
Quamplurimum etiam temporis studiis tractandis
impendisse;
Quo factum,

Ut tantus semper existitit Musarum Astimator & Patronus.
Quid multis?

Totam sanè virtutum congeriem in ILLO quasi uno
solum suum collocasse existimaveris,

Quippe;

Certabat
de PIETATE cum SIMEONE,
de JUSTITIA cum ARISTIDE,
de PRUDENTIA cum CÆSARE,
de MODESTIA cum ipsa MODESTIA.
Sed AH!

Quid non audet Mors?

Quem non prosternit Illa?

die enim 14. Aprilis Anni M. DC. XCI.

vitæ EJUS

imposuit finem.

O! INCONSTANTIAM!

O! RERUM VICES!

O! FATI TRISTITIAM!

Caret Illustrissima Conjux Marito, Parente destituuntur Liberi,
Patronum amiserunt Egeni.

Jacet jam oculis clausis,

Pallentibus genis,

PULVIS & LIMBRA!

Hiccine demum omnes manebit exitus?

Non Mors miseros audit, haud curat fletus,

Involvit humile pariter & Celsum caput,
aquatque summis infima.

AST ERRO!

Vivit tamen in Cœlis beatus,

Viget quoque fama & gloria hujus

AUREÆ COLUMNÆ,

Memoriæ Posterorum,

Æternitati Rerum,

Commendanda, Celebranda.

Procedit

Procedit hic universus virtutum Chorus,
HANC

Conservatura & à maledicis vindicatura,
Suffulcit imprimis COLUMNÆ quasi fundamentum
PIETAS.

A dextris stat JUSTITIA, rerum Divinarum humanarumque
Regina,

A sinistris conspicitur PRUDENTIA moralium omnium
Dux & Gubernatrix,

Fronti assistit mira GRAVITAS & FACUNDIA linguarum
omnium.

Ponè collocatur ipsa Dea Augustissima
SAPIENTIA,

Mundi hasce Vanitates conculcans & despiciens,

Quæ omnes virtutes, sicuti simul in
Generosissimo Nostro GYLDENSTOLPIO
erant concatenatæ,

Sic merito earum nomine ab omnibus salutari
& cohonestari meretur.

Vale proinde

~~VARO~~ DIETÆ TEMPLUM.

vale JUSTITIÆ ATLAS,

vale FACUNDIÆ SOBOLES,

vale SAPIENTIÆ CORONA,

Et ultimum valeat

Finlandiæ nostræ DECUS & DELICIUM.

Fruatur nunc anima Cœlestibus gaudiis,

laudet suum Creatorem,

gaudeat, saltet, jubilet, triumphet in
perpetuum!

Tu quoque VIATOR vale!

& Mundi discite

INCONSTANTIAM.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ



*Nelyta quem virtus, Pietas, sapientia, candor,
Iustitia & studium laude simul decorant,
Officio Magnus, meritis notissimus orbi,
Conditur hoc busto, pulvis & umbra manens:*

*DANIEL est nomen Sacro Baptismate tincto,
GYLDENSTOLPIUS aſt nobilitate cluet;
Affeſſor Celebris, decus ingens, arbiter amplus,
Conſilioque gravis, pectore & ore probus;
Aonidum cultor, Muſarum fautor amicus,
Quiq; Deo charus, laſerat haud alium.
Ergo Anima, in Caelis ſua gaudia ſumma tenebit,
Fama ſed in terris floreſcat uſque vicens!*

*Ita Patroni ſui dum viveret optimi
exequias, cohoneſtatum ibat*

JOHAN: P. JOHNSSEN.

